

De Nestorianis et eorū erroribus

Orantur nichilominus in sancta ciuitate Ierusalem quidā alij homines Nestoriani nūcupati a Nestorio quodā pessimo heresiarcha qui p sua pestifera dogmata. magnā orientis partē infecit. maxime autē eos q in pside habitāt seorsum in multitudine copiosa dicētes se esse xpianos. Et qz proprianā machometi legē hij Nestoriani nō suscipiāt. immo habeāt horori. p hereticos tamē corrupti miserabiliter errāt. Nā pdictus pditionis filius Nestorius quondā cōstantinopolitan⁹ epus et oēs nestoriani. ei⁹ sequaces. virginē gloriosā mariā negant esse matrē dei siue thothon grece. id est dei genitricē. s. xpi hominis eā esse matrē cōcedūt siue ppothon grece. id est xpi genitricē. Nā et aliā asserūt esse in xpo psonā diuinā. aliā humanā. distinguētes scdm duas in xpo naturas. etiā duas psonas. et p cōsequēs nō vnū xpm ex verbo et carne subsistentē. s. separatim. alterū filiū dei. alterū filiū hominis affirmant. Hec autē detestanda heresis in Ephesina synodo. in qua erāt trecenti sancti patres reprobata est et cōdenūmata. et oēs eā sectātes anathēmatismatis sententiē subiecti. Preterea hij nestoriani in fermētato pane cōficiūt instar grecor. atq sub vtraq specie cōmunicāt eucharistiē sacramētū puulis et adultis. et alia multa abusiua. ac sancte romane ecclesie cōtraria et erronea obseruāt. de qbus singillatim dicere longū esset nimis. Caldaica vtiūtur littera et lingua in officijs diuinis et scripturis. lingua vero sarracénica in Ierusalem et terra sancta. In alijs autē mundi partibus earū loquūtur linguis terrarū in quibus morantur.